



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

273. Vtrum decretum super absolute à casibus reservatis deroget  
privilegiis confessoriorum commemorantium in hoc Sicialiae Regno, &  
Sardinia? Ex p. 2. t. 17. & Misc. 3. resol. 30.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

ipfi Civitati, vel Religioni, siue Prælati illius. Hanc autem notificationem minime factam esse, omnes ferè affirmant Religiosi, ac Prælati, quos etiam in litteris verissimos hæc reuocatio laet.

3. Deinde *singul.* 16. probat ex Bullis Pontificiis ante Tridentinum concessis, facultatem Regularium à casibus Episcopo referuatis, extante etiam dicto Decreto Urbani VIII. adhuc durare. Et adducit inter alia privilegium Pauli III. concessum Societati; & postea sic addit. [Quod autem hoc privilegium, (quo per communicationem fruuntur alie Religiones,) vel similia, illis concessa ante Tridentinum, per dictum Decretum Urbani VIII. non reuocentur, probat, quia in illo tantum reuocantur privilegia aliunde à Tridentino extincta, licet post illud confirmata fuerint; vt ex iis verbis patet: *Consueti per confirmationem privilegiorum, quæ Regularibus à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam remissis privilegia prius ab eodem Concilio sublata, aut que extincta abfoluendi à casibus Ordinario referuatis.* Ergo, cum hæc per Tridentinum extincta non sint, vt probauimus *singul.* 14. hoc Decretum Urbani VIII. nec circa illa, nec circa illorum declarationes verfat, ac proinde nec has, nec illas reuocat, seu annullat.

4. At verò cum postea additur: [Ac proinde Regularibus cuiusvis Ordinis in vim privilegiorum, aut confirmationum eiusmodi, quas vel hæctenus obtinuerunt, vel in futurum obtinebunt, nec posse quemquam abfoluere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci referuatis.] Cum de iisdem privilegiis, & confirmationibus sermo sit; vt offendit particula, *eiusmodi*, seu *huiusmodi*, quæ relatiua est præcedentium cum omnibus suis qualitatibus, vt docent Glossa, c. *Abbat. de elect.* 6. Rebuffus l. 1. ff. *de verb. signific.* Nauarrus c. *Si quando remedi.* 6. n. 5. *de rescript.* Ochauianus *de propofit. dict.* Hodie pag. 4. Gonzales reg. 8. *Cancel. 2. l. 4. n. 4.* Seraphinus *Rot. Rom. dec.* 388. n. 6. & Rota Romana apud Farinacium *dec.* 373. n. 6. 1. 1. p. 2. Si nec privilegia, nec confirmationes illæ abrogatæ sunt per Tridentinum, nec etiam per hoc Decretum abrogantur, iuxta dicta.

5. Accedit, quòd hoc Regularium privilegium abfoluendi à casibus Episcopo referuatis, est insertum iuri communi; vt probant pluribus, solidisque fundamentis, ac præcipue ex Clementina, *Dudum*, & Extravaganti, *Inter cunctos*. Panormitanus, Felinus, Bonifacius, Ioannes de Lignano, S. Antoninus, Angelus, Tabiena, & Atmilla: quos citat, & sequitur Emmanuel tom. 1. q. 61. art. 2. communem Doctorem sententiam hanc appellans; ergo nec per Tridentinum, nec per hoc Decretum abrogatur; cum in his iuris communis expressa abrogatio non fiat: ac in generali derogatione privilegiorum, non comprehenditur insertum in corpore iuris communis, si non fiat huius specificæ derogatio. Et hæc omnia docet Quintanadueñas, *vbi supra*.

6. Sed nolo suscitare tragedias inter Regulares & Episcopos, idè non discedo à negatiua sententia, quam tuerunt omnes Auctores Regulares, qui typis scripta sua mandarunt, adducentes dictum Decretum Urbani VIII. & præcipue inter illos Pater Auerfa *de Sacrament. Pœnit.* q. 17. *sect.* 6. Peyrinus tom. 3. *priu. c.* 2. n. 38. Peregrinus in *Compend. priu. Cleric. Regular. verb. Abfolutio quoad seculares*, Lezana in *Summa*, tom. 1. c. 19. n. 17. Bordonus in *consil. Regul. tom. 2. resolut.* 52. n. 323. & tom. 1. *resol.* 6. n. 11. Ludouicus à Cruz in *Bull. Cruz. diff.* 1. cap. 5. *duh.* 5.

7. Nec obstant adducta à Quintanadueñas: nam quòd leges Pontificiæ non obligent: nisi in singulis Decretibus fuerint publicatæ, satis à nobis refutatam est in p. 7. tr. 1. *resol.* Q. Quod verò tale Decretum non fuerit notificatum Superioribus Religionum, contra riu patet ex factomam ipsi quotidie præbentes licentiâ

suis subditis mandandi typis libros, approbant tale Decretum in eisdem libris, in quibus afferitur, vt vilum est *supra*, Urbanum VIII. per dictum Decretum derogasse privilegia Regularium.

8. Ad id, quod assentur, dictum privilegium esse clausum in corpore iuris nempe, in Clement. *Dudum*, & non esse derogatum in dicto Decreto, prout in specie erat derogandum. Respondeo cum Bordonus, Lezana, & Castro Palao *dm.* 4. tr. 23. p. 15 § 4. n. 3. quòd in dicta Clementina declaratur tantum, Regulares habere eandem facultatem, quam habent Parochi: sed non conceditur ipsis facultas abfoluendi à casibus Episcopopalibus.

Sup. hoc supra in § Accedit huius R. & in aliis eius annot.

RESOL. CCLXXIII.

*Vtrum Decretum super abfolutione à casibus referuatis deroget privilegiis Confessariorum commorantium in hoc Sicilia Reg. o. & Sardinia? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 10.*

§. 1. **N**otandum est, quòd hodie quicumque secularis, siue Regularis abfoluere præsumens à casibus Episcopis referuatis, seu contentis in Bulla Cœnæ & ab aliis quibuscumque etiam extra illam Apostolicæ Sedi referuatis, excommunicationem ipso facto incurrit; & illius abfolutio est Pontifici, referuata; non obstantibus quibuscumque privilegiis: vt patet per Decretum S. Congregationis Illustratissimorum Cardinalium super negotiis Episcoporum, & Regularium editum die 9. mensis Ianuarj 1601. & ex declaratione illius edita die 26. Nouembris 1602. quam inuenies apud Finellium *de cas. referu. c.* 6. n. 6. & alios.

Sup. doctrinæ contenta in hoc §. legatissimam doctrinam duarum præcedentium Ref. & supra Ref. 268. & aliorum §§. eorum notationum, & vide etiam Ref. 251. & alia eius not. 2.

2. His suppositis, quæritur modò, an Regulares exiitentes in hoc Regno virtute suorum privilegiorum possint abfoluere à dictis casibus? Et ratio dubitandi est; nam supradictum Decretum Congregationis est directum Regularibus, per vniuersam Italiam extra Urbem degentibus. Megala in *1. p. lib. 1. c. 13. n. 20.* sententiam negatiuam amplexus est, quia, ait ille, prædicatur in Sicilia. quæ praxis fundari potest in *1. Insula. ff. de iudicis*, vbi ita habetur, *Insula Italia pars Italiae sunt*, & sic tradunt etiam Bart. in *tr. de Insula §. nullus*, n. 2. Cepolla in *tr. de seruit. rust. prad. c. 26. de mari*, n. 16. Cum de ritibus regni Sicilia c. 6. n. 38. & Marta *de iur. p. 1. c. 26. n. 36.* Ergo cum sint dictæ insulae partes Italiae & decretum prohibeat abfolutionem à referuatis virtute privilegiorum confessariis degentibus in vniuersa Italia, comprehendit etiam eos, qui in Insulis prædictis degunt.

Et pro quantitate posita à lin. 1. §. 2. huius R. supra in Ref. 264. prope finem, v. v. tr. & in Ref. 265 §. vlt. & in R. 269 §. etiam vlt. & in to 6. tr. 1. Ref. 25. §. 2. ad lin. 3.

3. At Horatius Gambarupta *de cas. refer. c. 3. n. 8.* contrariam opinionem amplexus est; vbi ait, an hoc decretum extendatur ad Insulas Italiae adiacentes, vt sunt Sicilia, Corsica, & Sardinia, &c. Qui Italiam describunt, vt Plinius l. 3. c. 5. & Ptolomæus in *sua Geographia* l. 3. tab. 5. *Europa*, has Insulas in Italia non admittunt. Nisi fortè dicamus, præsertim de Corsica, cum sit in mari Ligustico, ita & in Liguria comprehendendi: quæ est pars Italiae; nam de Sardinia, & Sicilia minus videtur dubium, cum sint extra Italiam. & mare, in quo sunt, non possit dici Italum, sed Afrum, aut medium inter Afrum, & Italum, vt est Sardinia. Ideo non crederem ad eas Insulas se extendere hoc Decretum. Hæc ille, satis probabiliter. Adde, quòd Clementis VIII. in litteris Indictionis sexdecimarum super omnibus fructibus, & pensionibus Ecclesiasticis Italiae, emanatis sexto Idus Maij 1601. specialem mentionem facit de prædictis insulis, dicendo se imponere prædictas decimas super fructibus beneficiorum in Italia vniuersa, & in Insulis Italiae adiacentibus consententium.

Q. 2 Ita

Ita etiam expressit Urbanus VIII. in Decreto de celebratione Missarum. Dat. Romæ die 21. Julij 1625. Quod frustra Sum. Pontifices fecissent, si alijs sub nomine vniuersæ Italiæ venissent, cum expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operetur, l. 3. de leg. Sed post hæc scripta Sacra Cardinalium Congregatio sub die 18. Nouembrijs 1628. ex mandato Urbani VIII. derogat priuilegijs Regularium absoluedi à casibus reueruatis Episcoporum etiam si extarent extra Italiam, & sic contraria sententia non potest amplius sustineri.

## RESOL. CCLXXIV.

*An Regulares virtute suorum priuilegiorum possint commutare, vel dispensare vota extra confessionem?*

*Quod vero in dicto casu dictum est de Regularibus virtute priuilegiorum, dicendum est de Bulla Cruciatæ, & Iubilæo, quia per ea confessarij commutant vota. Et notatur non oportere, ut commutans votum virtute nostrorum priuilegiorum sit confessarius vniuersi; Et idè dicendum est, si vota dispenset. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 9.*

Sup. hoc in Ref. seq. & supra in Ref. 263. § vlt. & in to. 4. tr. 3. Ref. 69. § Et hæc. & ibi in tr. 4. Ref. 22. & in tom. 8. tr. 4. Ref. 78. §. quarto, ad liu. 6.

§. 1. **N**egatiuè respondet Peregrinus in scholis ad nostra priuilegia, tit. commutatio, §. 3. vbi sic asserit. Aduertendum est, quod cum nostri Confessores habent facultatem commutandi, & dispensandi in illis virtute priuilegiorum, non debent, nec possunt hoc facere nisi in Sacramento Pœnitentiæ. Similiter & illi, qui virtute alicuius Bullæ commutant, & dispensant. Ita ille, qui citat Cordubam, & Sorbum.

2. Sed quia non sunt à nobis restringenda, sed potius amplianda nostra priuilegia, ideo contrariam sententiam aduersus Peregrinum teneo, & ita tenent Taburinus de iure Abbatum, tom. 2. d. 19. q. 2. n. 5. Henriquez lib. 7. de indulg. c. 30. n. 6. Sancius in select. d. 14. n. 2. Layman in Theolog. mor. lib. 4. tr. 6. c. 10. n. 21. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 4. c. 54. n. 16. & Villalobos in summ. tom. 2. tr. 34. diff. 29. n. 7. vbi sic asserit. Se aduertita que pueden usar los Confesores de las Religiones de estos Priuilegios de comutar, y dispensar los votos fuera de la Confession, segun la mas probable opinion y verdadera, que aunque en la concession de Paulo III. que queda referida se dize (confessionibus diligenter auditis) no se ha de referir esta clausula à la comutacion de los votos; sino à la absolucion de los pecados, aunque algunos tienen lo contrario, y assi se pueden comutar fuera de la confession: la razon es, porque aunque la clausula, que se pone en una disposicion al principio, medio, ò fin de ella, se entienda que se refiera à todo lo contenido en la clausula, conforme al texto in cap. 2. requisitis de appellat. mas ha se de entender esso quando corre la misma razon en todo ello, como dizen Menochio, y Decio con otros, lo qual no acontece aqui, que corre muy diferente razon en la absolucion de los pecados, y la comutacion de los votos, que la absolucion de los pecados, forzosamente pide confession sacramental, y la comutacion de los votos no la ha de menester, y assi no es visto, que quiso limitar el Pontifice esta facultad. Sic Villabos, & alij.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Ref. 78. §. quarto, ad lin. 9.

3. Est igitur supradicta opinio probabilissima, & tuta in praxi. Notandum est tamen hic obiter cum Sanchez vbi supra in summ. tom. 1. lib. 4. c. 54. n. 17. & Henriquez penes ipsum, non oportere, ut commutans vota virtute nostrorum priuilegiorum sit Confessarius vniuersi; quia priuilegia solum petunt Confessarium ex approbatis ab Ordinario. Et idem contra Rodriguez in addit. ad Bull. Cruc. §. 9. n. 120. dicendum esse putat Villalobos loco citato, n. 6. Si Regulares non commutent, sed dispensent vota, sic enim ibi. Mas probable me parece, que esta facultad se entienda à

dispensar los votos de los que vienen de otras partes de suerte que pueden dispensar los votos de todos aquellos, cuyas Confesiones pueden oyr. Quod verb dictum est de Regularibus virtute priuilegiorum, dicendum est etiam de Bulla Cruciatæ, & Iubilæo. Nam Confessarij, qui per Bullam, vel Iubilæum commutant vota, possunt id efficere extra Sacramentum Confessionis, vt ego alibi satis firmaui & docui.

## RESOL. CCLXXV.

*An Regulares possint commutare, vel dispensare vota extra confessionem?*

*Et quid de absolucione censurarum?*

*Et docetur, quod quando quis operatur cum opinione probabilis, operatur iuste, & incedit per viam iustam, & suas facit suas operationes. Ex p. 4. tr. 4. & Miss. R. 3.*

§. 1. **A**ffirmatiuè contra Peregrinum respondit in 3. parti. tr. 2. resol. 9. idè ipsè nouissimè contrariam sententiam docet in addit. 9. 12. quam iterum refello, nam priuilegia fauorabilia sunt, & late interpretanda, quia licet sint priuilegia iuri communi derogantia, vnde etiam odia iuris dicuntur, & odia sint restringenda; tamen hoc non habet locum quando priuilegium in fauorem publicum concessum est, tunc enim non odium, sed fauor Principisque beneficium censetur, & ideo late interpretandum est, quantum eius verba patiuntur. Ita glossa & Panormitanus cap. fin. num. 2. de simon. quod multo magis procedit, quando huiusmodi facultas non particulari alicui, sed integro Ordini largita est, vt in presenti, quo casu etiam fauorabilis censetur, & extendenda; & hæc omnia docet in terminis casus nostri Tamburinus de iure Abbat. tom. 2. diff. 19. questio. 2. numero 2. qui citat Lessium & Sanchez, & hæc nouissimè docet etiam hanc sententiam Aloysius Barloa in aporism. lit. V. vbi, votum ex quibus apparet quàm rectè dixerim contra Peregrinum, hæc priuilegia esse amplianda; quod verò non ampliatur absque ratione, vt ipse docet, patet per ea, quæ adducunt Doctores à me citati, quibus nunc addo Suarez de Religion. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 4. Henriquez lib. 7. de Indulg. cap. 30. numer. 6. Sotum de iust. lib. 7. quest. 4. art. 3. non obstante quòd in dictis priuilegijs ponatur ablativus ille absolutus, confessionibus auditis, quia cum adèd distent inter se, absolute à peccatis, ac vota commutare, neque hoc confessione indigeat, non censendus est Pontifex velle totum priuilegium limitare per illum ablativum absolutum, sed singula singulis sunt referenda, & ita ille refertur ad absolucionem à peccatis, quæ immediatè sequitur, quippe ea est regula vt clausula posita in vna parte dispositionis, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, censetur referri ad omnia in ea clausula, vt cap. secundo requiris, de appell. At intelligitur, quando omnium eadem est ratio, quod in casu nostro non contingit, ergo, &c. Non est igitur hoc priuilegium extensum sine ratione, vt asserit Peregrinus, & per consequens neque contra mentem Summi Pontificis, quæ omnia confirmantur, quia antequam in litteris sacræ Pœnitentiariæ poneretur illa clausula, audita confessione, nec aliter, nec alio modo, satis probabiliter, vt obseruat Filliucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 353. asserbant aliqui dispensationes emanatas ex dicta S. Pœnitentiaria potuisse fieri extra confessionem, & ita docebat Salas de legibus dist. p. 20. sect. 10. num. 98. Sanchez de matrimonijs, lib. 2. disp. 34. n. 29. & Caltrus Palaus tom. 1. tract. 10. disp. 4. punct. 15. §. 1. num. 6. & alij.

4. Relicta